



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

4. Limitatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

208 DE POTESTAT. SECUL.

duramodo in personam coercitio gravis non interveniat
propter cap. si quis suadente,

3. Limitatio.

Tertio fallit ubi Ecclesiastica potestas deficit, quia
Iudex Laicus Clericos hoc casu poterit corrigere, ut
in cap. principes seculi. 23 qu. 5. & ibi bona glo. ut cum
schisma faciunt, & non possunt ab Ecclesia compes-
ci: ut voluit glo. in cap. tua 1. de decis. alleg. 27 distinct.
cap. nec licuit 23 qu. 5. cap. de liguribus, & de sen. excom.
ut famæ. Propter quod Sicul. in alle. cap. tua dicit sibi
placere, quod si hodie aliqui contenderent de Papa-
tu, & facerent schisma in Ecclesia Dei, nec pos-
sent corrigi per Ecclesiam, quia quilibet est potens,
nec vellent congregare consilium, quod eo casu do-
mini temporales possent in eos manum mittere, &
eis invitatis facere, sponse, & determinare dubium
per Ecclesiam. Nam domini temporales ad hoc prin-
cipaliter receperunt potestatem ut Ecclesiam Dei ju-
varent, ut in alle. cap. principes.

4. Limitatio.

12 Quarto fallit in degradato actualiter, quia talis
est de foro seculari, in cap. novimus de verb. sign. &
in cap. 2. de pe. lib. 6. tenet Io. An. in cap. cum non ab
homine & de iudi. Sed quid si talis Clericus dicit se con-
tra justitiam degradatum vel aliquid alleget per quod ap-
pareat eum injustè degradatum, an sit de hoc per se-
cularem judicem cognoscendum; vide Lucam de
Penna in l. 2. C. de privyl. scola. lib. 12. Et ibi determi-
nat, an lata sententia perpetua depositionis in sacer-
dotem, solemnisque degradatio celebrata, & tra-

ditus judici seculari, per eum pœna legitima puniens, an secularis judex debeat eum, & causam ejus, & crimina iterum examinare.

ADDE

Ad hæc duas fallentias 4. & 5. adde Bernardum Dias in praxi criminali cap. 143 & 144 ubi egregie Ignatius Lopes Hispanus. Ad sequentem Fallentiam 6. de joculatore. Adde eundem Bernardum Diam cap. 68 numer. 3. Martheus Boyß Doctor.

5. Limitatio.

Quinto, quando Clericus est depositus verbaliter & postmodum, quia incorrigibilis excommunicatus, & **I 3** deinde crescente contumacia anathematizatus, talis enim comprimentus est per secularem potestatem, ut est tex. *in alleg. cap. cum non ab homine.* & isto casu secundum Ia. An. & Sicul. non est opus degradatione actuali.

6. Limitatio.

Sexto fallit in Clerico Ioculatore, qui anno vel tertio **14** monitus non desistit, quia talis est ipso iure privatus Clericali privilegio tex: est *in cap. unico de vita & honestate Cler. lib. 6.* quod procedit etiam in Clerico, in sacris ordinibus constituto, secundum *Arch. & do. de Sanct. Ge. liceat Io. Mona. contra: sed dicit Rota decis. 349 in antiquis.* quod inter opiniones diversas super 6. praefertur opinio Arch.

7. Limitatio.

Septimo Fallit in Clerico conjugato non deferente **15**

ver.